



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 190. Madera Insula cum Indiis Orientalibus detecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

**Secul. XV.** ret, ut pro uno Bajoco, (species est  
A. C. 1420. monetæ Italicae valentis sex obulos Turo-  
nenses, seu decimam unius Julii partem)  
ex singulari favore Missam dicere co-  
geretur.

## §. CXC.

*Madera Insula cum Indiis Orientali-  
bus detecta.*

Interea temporis Lusitani magna Henri-  
ci, qui Joannis Lusitaniae Regis filius  
erat, liberalitate stimulati, illo ævo novas  
Insulas, novasque Nationes in Oceani va-  
stitate detexerunt. Hi enim instructa  
classe ad ignotæ felicitatis spem in Occi-  
duum pelagus sese commiserunt, ac præ-  
primis Ulyssiponem inter & Insulas For-  
tunatas quāndam aperuerunt Insulam,  
latitudine quidem exiguum, eximia ta-  
men cœli, solique clementia pergratam,  
hanc pro jure suo Maderam nominarunt,  
quod cæduis lignis abundaret. Inde ex-  
tima Africæ litora obliquo cursu legen-  
tes, ad ultimas Orientis plagas penetrant.  
Atque insuper Orientales Insulas dete-  
gunt, quæ saltem, si loca spectentur  
maritima, hucusque incognitæ delite-  
scabant. Inter præcipuos periculosæ na-  
vigationis hujus Duces potissimum tres  
celebrantur, nimirum Joannes Consal-  
vus, & Tristanus, qui Maderam Insulam  
Lusita-

Lusitanorum imperio adjunxere, necnon Sæcul. XV.  
Ægidius Annus; qui Christianæ fidei A. C. 1420.  
aditum ad Hesperias, Æthiopes, aliasque  
inaccessas antehac Nationes nunc felici-  
ter inventas, primus aperuit. Postea  
Henricus Dux, ut Lusitanos ad iterata e-  
jusmodi itinera magis accenderet, a sum-  
mo Pontifice Martino V. impetravit, ut  
quicquid Lusitaniæ Reges a Granatensi  
promontorio ad ultimam usque Indiam  
detecturi essent, Lusitanorum ditioni ce-  
deret, fuitque idipsum ab aliis deinde  
Pontificibus confirmatum, ut ex diversis  
eorum diplomatibus elucet.

§. CXI.

*Concilium Salisburgense.*

Sub idem tempus Eberhardus Salisburgi *Lahbe Conc.*  
in Germania Archiepiscopus, in sua <sup>to. 12. p. 380.</sup>  
Metropoli celebravit Synodum, eo fine,  
ut durante schismate pene collapsam mo-  
rum disciplinam restitueret. Omnia er-  
go statuta, quæ antehac Guido, & Joan-  
nes Cardinales ac Sedis Apostolicæ Le-  
gati, necnon Fridericus Conradus, & Pil-  
grinus Eberhardi Antecessores condide-  
rant, denuo confirmata fuere. Præterea  
in hac Synodo triginta quatuor articuli  
promulgabantur, quorum primo tanquam  
erronea damnatur illorum opinio, qui do-  
cent: *Quod Presbyter seu Sacerdos cura-*  
*tus*